Dilecte fili nr salutem et aplicam ben. Cum nonnulla quae ad publicum
Cathoricae Religionis bonum max. pertinent, nobis in praesentia cum charmo
in xpo filio nro Maximiliano in Imperatore electo tractanda sint, et ad
id obeundum viro in primis graui, et rerum agendarum usu perito, prudentiaque
fide, et integritate praedito opus sit, uideremus. Circumspectionem tuam cuius
singularem virtutem industriam diligentiam et eximiam erga Christianam Re-
publicam studium in alijs grauissimis legationum muneribus plane cognitum,
perspectumque habemus. licet absentem. hodie in Consistorio nro secreto de
venerabilium fratrum nrorum S.ti Ro. ecclesiae Cardinalium consilio ad eundem
Maximilianum Imperatorem pro arduis negotijs Catholicae Religionis hmoi
tractandis. et administrandis nostrum et Ap.ce sedis legatum de latere, cum
auctoritatibus, facultatibus. praerogatiuis, honoribus. praeeminentijs, con-
cessionibus, et indultis. alijs similibus legatis de latere concedi solitis, et
consuetis. auctate Ap.ca ad nostrum et eiusdem sedis beneplacitum creauimus,
constituimus, et deputauimus. prout etiam creamus. constituimus et deputa-
mus per pntes. Itaque tibi iniungimus, et mandamus ut cum primum hae mae
literae tibi redditae fuerint, tanquam pacis Angelus, ad ipsum Maximilianum
Imperatorem proficiscaris, et ueluti noster, et dictae sedis de latere legatus,
tam apud eum, quam apud alios quoscumque, quibuscum opus esse iudicaueris, omnia
quae tibi a nobis in mandatis data fuerint, sollicite atque accurate tractes,
agas, atque exequaris. Quemadmodum te, pro tua singulari uirtute,
experientia, et orthodoxae fidei zelo facturum esse confidimus. Tu igitur
fili noster, sic prudenter, diligenterque, ut soles, hoc legationis munus